



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. LXXIIX. De Constitutione, Principis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

435. Alphonf. Narbona l. 35. gloss. 5. n. 19.
tit. 3. lib. 1. Recopil.

CAP. LXXIIX. De Constitutione Principis.

Constitutio principis toties obligat, quoties fit animo condendi legem.

Ratio: quia voluntas principis est anima legis. arg. l. 1. ff. de Constit. Princ. Hæc autem determinata esse debet, ut fiat animo condendi legem.

Exemplum: Ergo Decreta, Edicta, Mandata & Rescripta pro lege erunt reputanda. Econtra-riò privilegia legem non faciunt.

Limita: modò tale fuerit negotium, de quo aliàs lex condi possit.

CAP. LXXIX. De Constituto.

Axioma I.

Multa constituta durant, quæ constitui non possunt: ita capitulum sine prælato non potest feudum solum concedere, concessum tamen sustinet. Gothofred. Ant. disput. 7. thes. 1.

II.

Constitutum corrumpit corrumpente contractu, super quo est appositum; nil enim operatur stante causa simulandi. Tiraquell. multos cumulans de jur. const. possess. limit. g. n. 1. & 2. Regid. decis. 71. n. 6. in fin. Farin. 1. decis. 140. n. 11.

CAP. LXXX. De Constituto possessorio.

Quodcumque juris tribuit possessio vera, idem tribuit possessio ficta per constitutum. l. quod nemo 18. ff. de acquir. poss.

Ratio: quia quoad translationem domini tantum operatur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero. Mev. P. 3. dec. 159.

Exemplum: ita ergo constitutarius habet remedia possessoria, percipit fructus, poterit resistere ei, qui vim in suâ possessione intentat. l. 1. §. 27. ff. de vi & vi arm. si fuerit spoliatus, potest intentare remedium recuperandæ possessionis ex l. ult. C. de acquir. poss. Imò habet actionem spoli ex can. redintegrandæ, Caus. 3. q. 1.

CAP. LXXXI. De Consuetudine v. infr. Mos regionis, item usurpatio.

adde l. 13. §. ult. de
injur.

Axioma I.

Consuetudo per non-actus non inducitur, quia non entia non habent materiam neque formam. l. actor. 23. C. de probat. Et ex nihilo nihil sequitur, Gædd. consil. 39. n. 36. Principale enim

est & essentialia, quod sit per actus resque plurimas introducta, Gædd. d. n. 36.

II.

Consuetudo est facti, ideoque probanda l. 22. l. 34. & ibi. Bart. Bald. Jas. Costal. d. ll. gl. ad l. 1. verb. probatis his. C. quæ sit long. consuet. Dec. cons. 538. n. 8. & consil. 558. n. 2. Cravett. cons. 624. n. 13. Mascard. de probat. concl. 423. n. 26. Paris. cons. 31. n. 14. vol. 2. c. 1. de constit. in 6. Nec facit quod dicatur jus. cap. consuetudo 1. dist. quando enim consideratur à principio, quatenus ex actibus inducitur, facti erit, sed postquam in esse inducta juris est arg. l. si unus 27. §. pactus ne peteret 2. ff. de pact. Quomodo autem sit probanda, patet ex Myns. res. 12. n. 23. Gail. 2. obs. 31. Mascard. de probat. concl. 123. vol. 1. etiam sæpe prudentissimos fallit. cap. 1. extra de constit. in 6. Gilcken in l. pactum pro dotali. C. de pact. vide rubr. PROBATIO, Illud adhuc nota: Si consuetudo sit juri communi derogans, ipsam non in genere, sed in specie & in eodem casu probari debere. Perez. C. de inductione, n. 20.

III.

Consuetudo difficilis est probationis. Dec. consil. 215. n. 2. & consil. 402. n. 13. Menoch. consil. 8. num. 16. vol. 1. & de præsumpt. lib. 2. pres. 8. n. 8. Mascard. de probat. concl. 423. vol. 1.

IV.

Consuetudo dici nequit, quæ legitimo tempore non est præscripta. cap. fin. & ibi gl. de consuet. l. 1. in fin. de acqu. pluv. arc. l. 1. C. de serv. f. ugitiv. l. 1. C. quæ sit long. consuetud.

V.

Consuetudo debet esse rationabilis, h. e. ratione atque ætate constare, aliàs non consuetudo, sed corruptela futura esset. cap. 7. & ult. extra de consuet. Nov. 134. cap. 1. fin. Colleg. Argent. de LL. th. 38. can. flagitia 13. caus. 32. q. 7. Moller. lib. 3. semestr. c. 2. vid. Gail. lib. 2. obs. 125. n. 113. vid. omnino Hieronym. Franc. ad l. 34. vers. unde si apparet. n. 5. p. 304. de Reg. jur. confer. Aur. B. tit. 15. de conspirator. ibi: consuetudinem circa huiusmodi contra LL. introductam censemus potius corruptelam. Adhibenda enim est ratio, nec utendum pravissima consuetudinis regula. Cic. in Brut. col. 333.

VI.

Quæcumque consuetudo juri divino & naturali non refragatur, illa est rationalis l. fin. X. de Consuet.

Ratio: quia Consuetudo est lex, lex autem rationalis esse debet. Conf. Novell. 134. cap. 1. in fin.

Exemplum: ita ergo consuetudo, quæ parentes à legitimâ excluduntur, habetur pro irrationabili. Mev. P. 9. dec. 161.

Limita: hinc igitur, utut consuetudinis cuiusdam ratio reddi nequeat, vel ei aliquid rationis opponi possit, idè tamen adhuc præsumitur rationalis. Mev. P. 2. dec. 378. & P. 9. dec. 160.

VII.

Quoties sub principe introducenda consuetudo, toties e jus tacitus consensus accedat, necesse est.

Ratio: quia enim populus sub Principe non ha-